

# APPENDICE

## Réponses de la S. C. C. à différents doutes relatifs au décret "Ne Temere"

RÉPONSE DU 1ER FÉVRIER 1908

Quæstio hæc, variis difficultatibus implicata ae maximi momenti, proposita primum fuit in plenariis EE. VV. comitiis diei 25 Januarii nuper elapsi. Tunc enim sequentia dubia resolvenda vobis oblata fuerunt, nimirum:

I. — An decreto *Ne temere* adstringantur etiam eatholici ritus orientalis. — Et quatenus negative.

II. — Utrum ad eosdem decretum extendere expediat. — Et quatenus saltem pro aliquo loco decretum non fuerit extensus.

III. — Utrum validum sit matrimonium contractum a eatholico ritus latini cum catholico ritus orientalis, non servata forma ab eodem decreto statuta.

IV. — An sub art. XI, §2, in exceptione enunciata illis verbis "nisi pro aliquo particulari loco aut regione aliter a S. Sede sit statutum", comprehendatur tantummodo Constitutio "Provida" Pii P. X.; an potius comprehendantur quoque Constitutio Benedictina et cetera ejusmodi indulta clandestinitatem respicientia.

V. — Num in imperio Germaniae catholicei, qui ad sectam hæreticam vel schismaticam transierunt, vel conversi ad fidem catholiceam ab ea postea defecerunt, etiam in juvenili vel infantili ætate, ad valide cum persona catholica contrahendum adhibere debeant formam in decreto *Ne temere* statutam, ita scilicet ut contrahere debeant coram parocho et duobus testibus. — Et quatenus affirmative,

VI. — An attentis peculiaribus circumstantiis in imperio Germaniae existentibus opportuna dispensatione provideri oporteat.